



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Triapostolatvs Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

18. De reuersione Ardgarij post mortem Herigarij, & de morte HLudovvici Imperatoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

ab eis accepto, iuit ad Sacerdotes, & ipsum eis innotuit. Ipsi autem, quia, inquiunt, matri tuae obidiens fuisti, & fidem tuam circa eam illibatam seruasti, & eleemosynas illius strenue impllesti, Dominus omnium bonorum retributor, pro necessitatis tuae subsidio, ista tibi contulit. Ipse est omnibus sufficiens, omnibus indiget. Ipse omnia quae pro eius nomine distributa fuerint, in cœlesti regno compensabit. Ista tibi à Deo donata sunt, & tu quocunque modo volueris ea dispensabis. Nam ea quae in usus tuos acceperas noluit tibi reddere, sed tantum ea quae pro eius amore in pauperes distribuisti.

## CAPUT XVIII.

*De reuersione Ardgarij post mortem Herigarij, &  
de morte HLudovici Imperatoris.*

**I**gitur post excessum prædicti viri Herigarij iam memoratus Sacerdos Dei Ardgarius, amore solitariæ quam antè duxerat vitæ, ab illis partibus egressus, locum suum repetijt. Sicque denuo Christiani ibi positi Sacerdotali sunt præsentia destituti. Quare manifesto patuit indicio quod ad corroborandam fidem præfati viti Herigarij, & supradictæ Matronæ Frethuburgis, pariterque ut extitum eorum diuinæ commendaret clementia, & quod fideliter desiderauerant, ministrium videlicet sacræ Communionis pro ultimo via-

F 3 mo via-

mo viatico perciperent, iam dictus Anachorita Ardgarius ad illas partes destinatus fuerit. Verum inter hæc & superius comprehensa contigit, bonæ memoriarum HLudovicum Serenissimum Imperatorem, diuino ordinante iudicio, vitâ præsenti deceisse. Post cuius obitum cum de Regni diuisione magna fieret perturbatio, Pastoris quoque nostri aliquando labefactari cœpit Legatio. Iani dictus Pater noster hac de causa multiplicibus tunc atteri cœpit necessitatibus & angustiis, sed taminiunctum sibi officium nequaquam deserere voluit.

## C A P V T X I X.

*Qualiter HLudovicus iunior cum consensu Episcoporum Episcopatum Bremensem causâ solatij Hammaburgensi Sedi subiunxit,*

**D**ominus quoque humilitatem eius & patientiae fortitudinem conspiciens, quia cor Regis in manu Domini est, clementissimi Domini & Senioris nostri HLudovici Regis, qui post patrem suum huius Regni gubernacula suscepit, ad hoc animum incitauit, ut querere inciperet, unde ei solarium facere posset, quod Legationis suæ mandata melius adimplere posset. Erat ibi iuxta Episcopatus Bremensis Ecclesiæ, tunc desolatus Pastore, illum ei dari disposuit. Unde in publico conuentu Episcoporum suorum cætorumque